



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 2. Vtrum concupiscentia augeat voluntarium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Quæst. 6. De Voluntario. Art. 7. Dub. 1.2.

47

**41** Respondendum est, Id quod per Concupiscentiam Antecedenter fit, non est illo modo inuoluntarium. Ita D. Thomas hoc loco; & colliguntur ex Aristotele Ethic. c. 1. vbi ait, *Ea qua ex in uoluntarium cupiditate sunt, non dicitur in uitio fieri.* Et ratio est; quia quando aliquid ex concupiscentia fit, non fit repugnante voluntate, sicut quando ex metu mortis projicitur merces.

Contra obiectum Primo, Metus ideo causat inuoluntarium, quia trahit voluntatem ad id voluntum, quod ei secundum se consideratum displicet; atque hoc etiam efficit concupiscentia; trahit enim voluntatem ad id, quod illi extra concupiscentiam consideratum displicet; scilicet ad turpia vestigium patet ad Rom. 7. v. 15. *Non quod volo, hoc ago; sed quod odi, illud facio.* & infra: v. 23. *Vide aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae;* ergo etiam concupiscentia facit inuoluntarium.

Respondeo, esse disparem rationem. Metus enim facit inuoluntarium; quia id quod proxime ex metu eligitur, est inuoluntarium. etiam postquam voluntas in illud consensit. Nam manet tanta displicentia, ut etiam cum meroe exequatur, ac proinde inuoluntarie; vt patet in eo, qui metu naufragij projicit merces. Id autem quod proxime ex concupiscentia eligitur, et si initio aliquantulum displicet voluntati; tamen postquam consensit, non exequitur illud cum displicentia saltem notabili, quæ tristitia pariat; vt patet in eo, qui tentatione victimus, fornicator, vel hostem vicitur: Oblectatio enim quæ est in illo actu, tollit displicentiam, que ante erat in voluntate. Quod vero secundario eligitur ex concupiscentia, scilicet tamquam medium, interduum videtur habere aliquid inuoluntarij; vt sunt labor & sumptus qui frunt, vt opus illicitum, in quo delectatio, perpetretur: tamen non consensit etiam inuoluntarie fieri, sicut id quod metu fit: tum quia imaginatio obiecti delectabilis tollit illam displicentiam, ita vt absque meroe, & etiam cum gaudio pericula subeat, sumptuose faciat: tum etiam, quia qui metu aliquid agit, ei incumbit necessitas, & quidem ab extrinseco, quod non est in ipsis potestate. Qui autem ira vel cupiditate, nulla necessitate impellitur; non enim est ei necessaria illa voluptas; neque ab extrinseco vrgitur; sed à causa intrinseca quæ est in ipsis potestate; & ita totum est voluntarium, & nihil est inuoluntarium.

**42** Ut hæc melius intelligantur, Notandum est, *cum quis aliquid ex concupiscentia facit, interuenire quatuor actus.*  
Quatuor actus cum ex concupiscentia ali- quid sit.  
Primus est, Passio concupiscentia. Hæc sapientia est inuoluntaria; quia repugnante voluntate exigitur. Tamen, cum sit in potestate voluntatis eam compescere, si id omiserit, censetur ipsa voluntaria, & omne id quod ex ipsa mali sequitur. Secundus actus est, consensus voluntatis in opus, in quo fertur concupiscentia. Hoc consensus potest, concupiscentia non est amplius inuoluntaria, neque ipsum opus; quia neutrum amplius voluntati displicet. Tertius actus est, consensus in aliquid quod est medium necessarium ad obtinendum illud, in quo est delectatio. Quartus est, Executio medii & ipsius operis. Hi duo actus etiam non sunt inuoluntarij; nam etiæ hoc medium per se displicet; tamen, quia nulla necessitas virget illud amplecti, censetur homo prorsus voluntarij.

tarij illud amplecti; & multò magis ipsum opus, ob quod suscipit illud medium. Confirmatur; *Quia nemo dixerit eos, qui opes, vel voluptates per magnos labores & pericula sectantur, in uoluntarie illa suscipere;* eo quod nulla necessitas eos ad hoc cogat, sed totum ab eorum libertate primitus oriatur. Scilicet est de eo, qui metu naufragij projicit merces; quia non est in ipsis protestate altera mortem evadere.

Hinc sequitur, eum qui metu furatur, vel alio genere peccati peccat, minus peccare, quam qui incensus cupiditate id facit.

Obiectum Secundo, Ipse metus oritur ex concupiscentia; vt docet D. Thomas infra q. 43. a. 5. & D. Augustinus lib. 83. questionum q. 33. Nam ex amore vita nascitur inuoluntaria proiectione mercium: ergo cum metus faciat inuoluntarium, etiam concupiscentia faciet, quæ est causa metus.

Respondeo; Hinc tantum sequi concupiscentiam mediante metu efficere inuoluntarium: nos autem loquimur de concupiscentia per se, & sine metu: hæc enim non facit inuoluntarium.

D V B I V M II.

Vtrum concupiscentia augeat voluntarium?

**R**espondeo cum distinctione. Voluntarium enim varie accipitur. Si igitur accipiatur pro eo quod fit à voluntate secundum proprium modum voluntatis, vt idem sit quod liberum, vt supra diximus, sic concupiscentia non auget voluntarium, sed minuit. Ratio est; *Tum quia inclinat voluntatem in unam partem;* tum quia impedit considerationem intellectus, vt non possit rem suis momentis examinare. Hoc modo videtur accipere D. Thomas voluntarium praesenti articulo. Nam ad 3. dicit In amentibus non esse voluntarium; tempe quia in illis non est libertas, quamvis in illis sint actus voluntatis & spontanei. Item dicit, voluntarium esse quod est in potestate voluntatis: atque hoc est liberum. Similiter accipit voluntarium infra, q. 77. a. 6. cum ait, Passionem minuere voluntarium; & alibi.

Si vero accipiatur pro eo quod est spontaneum voluntati, sic etiam passio non auget voluntarij; quia non auget spontaneum voluntati. Ratio est; quia eò magis voluntati aliquid est spontaneum, quò magis ipso ex se illud vult; non autem alio de. Hinc fit vt magis sponte peccat, quia à nemine persuasus, aut incitatus peccat, quam qui alterius persuasionis vel horrustrum. Atque passio est extrinseca voluntati, habens se per modum importunus suaroris: ergo, cum mouatur à passione, minus sponte sua censetur velle, quam quando sine passione. Vide D. Thomam infra q. 77. a. 6. vbi hanc rationem infinitat.

Nec obstat quod D. Thomas, hoc loco in corpore, dicat: *Concupiscentia non causat inuoluntarium;* sed magis facit aliquid voluntarium; Non enim sensus est, concupiscentiam facere opus magis voluntarium, quam esset sine concupiscentia: sed sensus est, concupiscentiam facere potius, vt opus sit voluntarium, quam inuoluntarium; vt recte notauit Conradus exponens hæc verba D. Thomas. Cum hoc tamen stat, vt minuat illam formalitatem & conditionem, quæ est esse ex principio

Volunta-  
rium potest  
tripliciter  
accipi.

cipio intrinseco, ut ibidem ait. Denique, si voluntarium accipiatur pro eo quod pendet ex conatu voluntatis, abstrahendo à libero & necessario, à spontaneo & invito; sic concupiscentia auget voluntarium; quia auget voluntatis conatum & perfectionem intensiuam actus; facit enim ut voluntas magno conatu feratur in opus; ut patet in ijs qui ex concupiscentia peccant.

## DVBIVM III.

*Vtrum habitus siue bonus siue malus, & auxiliu[m] præueniens augeat voluntarium?*

**R**espondeo, & Dico Primo; Augent voluntarium iuxta tertium modum: quia faciunt ut voluntas maiore conatu operetur, & ut actus sit intensior: afterunt enim facultatem operandi, & quedam veluti impetum.

Dico Secundo; Non tamen augent rationem spontanei; nisi quatenus impediunt passiones, que minuant spontaneum in voluntate.

Prior pars patet; Quia voluntas his imbuta, & incitata, conatur minus ex se operari, quam si illa abesset.

Alter pars patet; Quia habitus virtutum, & auxilium diuinum impediunt passiones, que rationem perturbant, & opus minus spontaneum efficiunt.

Dico Tertio; Hæc tamen physicè loquendo, minuant libertatem; non tamen eam minuant secundum estimationem moralem.

Prior pars probatur; Quia habitus & auxilium præueniens inclinant voluntatem in unam partem per modum naturæ; quia sunt principia ad unam partem naturaliter determinata. Similiter determinant quodammodo iudicium rationis ad unam partem approbadæ. Habitus enim prauus excusat rationem, occultans malum quod in opere lateret, & rem delectabilem faciens magis apparere delectabilem, quam reuerat. Habitus autem bonus, facit ut honestas operis appareat ilustrius.

Altera pars, nempe quod secundum estimationem moralem non minuant libertatem, ac proinde neque meritum vel demeritum. Probatur: quia cum habitus sit procreatus ex actibus liberis, tota inclinatio habitus voluntati est libera & voluntaria. Similiter inclinatio auxilij præuenientis, & quod hoc auxilium à voluntate desideretur, vel certe quia in potestate hominis est ei non consentire. Hinc sequitur, omnino libram censeri actionem, que ex habitu & auxilio præueniente sequitur.

Adverte tamen, Si contracta praua consuetudine seu habitu, hominem peniteat illius, ea propensiæ censetur in posterum inuoluntaria. Unde motus ex ea interdum subortentes, non censentur voluntarij aut liberi: quare nec imputabuntur ad culpam; sicut neque motus primi. Quod si non intercesserit penitentia, inclinatio illa habitus praui manebit voluntaria, & consequenter motus ex ea suborti.

*Si hominem  
peniteat,  
propensiæ  
ex habitu  
sit in uolu-  
ntaria.*

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum ignorantia causet in-  
uoluntarium?*

**P**rima Conclusio. Ignorantia Antecedens causet inuoluntarium simpliciter.

Secunda Conclusio. Ignorantia Consequens causet voluntarium simpliciter; inuoluntarium secundum quid.

Tertia Conclusio. Ignorantia Concomitans neque voluntarium neq; inuoluntarii causet; sed solum non voluntarium.

Circa diuisionem Ignorantia in Antecedentem, Comitantem & Consequensem: Notandum Primo, Omnen Ignorantiam, Comitantem esse, vel Antecedentem, vel Consequentem. Si enim sit omnia inculpabilis, est Antecedens; si autem sit culpabilis, est Consequens. Vnde non ponitur tamquam tertium membrum; sed tamquam distinctus quidam modus, quo ignorantia se habet respectu operis. Nam potest ignorantia se habere ad opus externum, vel tamquam causa, siue sit antecedens siue consequens; & potest se habere concomitante, siue sit antecedens siue consequens.

Itaque insinuantur hæc duæ diuisiones ignorantiae: altera, respectu voluntatis, & sic ignorantia alia est antecedens, alia consequens. Antecedens dicitur que voluntatem omnem, que circa ipsam fit, antecedit: vnde non est voluntaria. Consequens dicitur, que aliquo modo à voluntate pendet: vnde est voluntaria.

Altera respectu operis: sic ignorantia, alia est causa operis, siue sit antecedens siue consequens; alia non est causa, sed comitantur se habet ad opus; siue sit antecedens siue consequens. Nulla operis, autem est ignorantia que consequens sit respectu operis; quia opere facto non restat aliqua ignorantia, que sit operis effectus, præter eam que est consequens respectu voluntatis.

Clarius locutus fuisse D. Thomas, si ignorantiam Antecedentem, vocasset non voluntariam; Consequente, voluntariam.

Not. Secundo, Ignorantia Consequens seu Voluntariam, esse triplicem: Alia enim est directe voluntaria; vt, cum quis vult expressè nescire, vt liberi pecet. Hæc dicitur affectata. Talis est eorum, de quibus Iob 21. Qui dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Et Psalm. 35. Noluit intelligere, vt bene ageret. Alia est voluntaria indirecte; nempe que non est in se volita: sed censetur volita in negligentia & omissione discedi: que negligentia si magna sit, ignorantia dicetur crassa: qualis plerumque est eorum, qui ignorant articulos fidei, & peccata contra Decalogum. Si vero negligentia sit parua, tamen culpabilis, erit ignorantia leuis, que etiam vincibilis propriæ vocari solet. Talis est, cù res est cogniti difficultis, & adhibita est aliqua diligentia ad eam cognoscendam; sed non tanta, quantum oportebat. Atq; hæc omnia intelligenda sunt de ignorantia earum rerum, quas scire tenemur: aliarum enim rerum ignorantia, non pertinet ad hanc materiam. His positis est.

DVBI-